Tertio aduenit mars qui ſua caliditate ⁊ ſiccitate format materiam. diuidens a lateribus brachia. ⁊ diuidit collum a brachijs ⁊ caput format. Et huic operationi attribuitur terti⁹ menſis

¶ Nota mars ē calidus ⁊ ſiccus et lō ipe habꝫ formare crura et brachia q̄ ſunt ſicca. Oportꝫ em̄ ꝙ calor ſufficiens ꝯgregat ꝑtes terreſtres ſiccas ſi debēt fieri crura et brachia Nō ex lr̄a habem⁹ ꝙ caput formatꝫ prius a marte ꝙ̄ cor a ſole. Hui⁹ cā ē ſm medicos qꝛ in capite ſunt oīa ꝑncipia vite g̊ ꝑmo formatꝫ. Sed ariſto. ponit ꝙ cor primo formatur qꝛ cor influit omnibus membris ⁊ habet ſe in corpe ſicut rex in ſuo regno.

Quarto tpe virtus ſolis aduēit. formas imprimit cor creat. et anime ſenſitiue motū dat Et hoc eſt verum ſm intentionē medicoꝝ et quorūdā aſtronimo. Tamen ſm intentionem ariſtotilis. cor inter omnes partes generādas generatur primo et virtute eius oīa alia mēbra naſcuntꝫ addūt em̄ quidā ad iſtaꝫ ꝑticulam dicentes. ꝙ ſol ē radix toti⁹ ꝟtutis vitalis Et tali oꝑationi quart⁹ menſis aſcribitꝫ



¶ Item phi ꝓpter illum textum. aſcribūt generatōꝫ hominis dicentes. Hō generat hoiem et ſol. vt di· phs. ii. phiſicoꝝ qꝛ a ſole virtus radicalr̄ dependet. ꝯtra ſi ſic ſequeret̄ ꝙ hō deberet eſſe celeſtis et ſolaris creatura quia effectus ab eodē denominatiōꝫ ſumit a quo hꝫ entitateꝫ Dicendū ꝙ ſol ē cauſa remota iō non ſumit̄ denominatio in effectu a ſole. ꝙ. ꝛc.

Quinto tpe. quedam exterioꝝ mēbrorum venꝰ ſua virtute ꝑficit· et quedam exteriora format ſcꝫ aures nares os et virgam virilem in maſculis. et pudibūda ſcꝫ vulvam mamillas et alia membra in femellis. manuum ꝛ pedum ſeꝑationē facit et etiam digitoꝝ Et iſti quintus menſis aſſignatur.

¶ Nota venus ē beniuolꝰ planeta et ē virtualit̄ calidus iō ꝑficit mēbra exteriora. ſ· os aures et teſticl'os Sꝫ videt̄ ꝙ teſticuli debeant prio generari qꝛ ſunt ꝑncipalia mēbra (ſicut coꝛ et caput) mediantibꝰ quibꝰ ſe natura cōtinue ſaluat Dicit̄ ꝙ teſticuli nō ſunt ita principalia mēbra ſicut coꝛ ꝛ caput qꝛ videmꝰ teſticulis ablatis adhuc viuere hoiem. Sꝫ capite abſciſo et corde ablato vlteriꝰ ibi nō eſſe vitam videmus·

Sexto tpe influentia et regnatio mercurij inſtrumenta vocis format. ſuꝑcilia cōponit oculos fabricat capillos creſcere facit. et vngues ꝓducit Et iſti oꝑatiōi. vi. menſis attribuit̄

Nota ꝙ inſtrumenta vocis ſunt nouem. vñ v̄ſ⁹ Inſtru
menta ſunt nouem guttur lingua palatum quatuoꝛ et
dentes ⁊ duo labia ſimul:

Septimo tp̄e. luna opationi finez imponit repellit enī
ſua humiditate anguſtias carnis et aurigenas carnis.
ſupficiem ꝯplet. ven⁹ vero ⁊ mercuri⁹ humiditatez tri-
buentes toti coꝛpi nutrimentū dāt. Et iſti opationi da
tus ē ſeptimus menſis.

¶ Itm̄ nota luna replet poꝛos carnis et facit fetuz eſſe
planū inſupficie. ſ. in cute. Itm̄ ſi aliq̄s hō vľ puer na-
ſceret̄ in ſeptimo menſe ille moꝛeret̄ quia non eſt adhuc
debite foꝛmatus ⁊ conſolidatus ꝙ ꝛc.

Poſtea influentia ſaturni cui octau⁹ menſis aſcribitur
Et ille ſaturn⁹ mľtū infrigidat. et exiccat. Et p ꝯſequēs
ꝯſtringit fetū. Et ideo aliqui aſtronimi ponūt fetū ge-
neratū in octauo mēſe moꝛibūdū vľ moꝛtuū eē vt in ſe
quētib⁹ manifeſtabit̄ Deiñ in nono menſe dñat̄ iupit̄ q̄
ſua caliditate ⁊ hūiditate fetū letificat. Et fet⁹ qui gene
rat̄ in iſto mēſe ē foꝛtis ⁊ bñ diſpoſit⁹ ⁊ longe vite. et foꝛ
tis grā caloꝛis. ⁊ longe vite gratia humiditatis

¶ H. au. po. vnū notabile. ſi hō in aliq̄ mēbꝛo deficiēte
vt pueri naſcunt̄ ľ generant̄ cū quatuoꝛ digitis i manu
vľ cū trib⁹ hoc ē ꝓp̄t defectū materie. Siľr ſi generaret̄

cum ſex vl' ſeptem digitis hoc eſſʒ ex habūdātia materie

St aūt adhuc notandū q̈ mēbra corpis orga-
nici·xii.ſignis zodiaci attribuunt᷑· Primū ergo
ſignum toci⁹ ſpere celeſtis.eſt aries.in quo quidē ſigno
ſole exiſtente tpato fit calidū ⁊ humidū ⁊ tūc eſt motus
ad generatōʒ Et ideo mot⁹ ſolis in ariete dr̄ principiuʒ
vite et radix virtutis vital' ꝓpterea arieti attribuit᷑ ca-
put in hoīe et ei⁹ ꝯditiōes. Nam aries in celo ē dignior
ps celi qꝛ eſt principiū diuiſionis ſpere p.xii·ſigna· Sic
caput in hoīe vocat᷑ dignior ps corpis. Et ideo merito
arieti aſſignandū eſt. Et qꝛ ſol currens in hoc ſigno·ca-
lidū et humidū nature mouet et ideo caput in homīe
dicitur principium ſpiritus vitalis.

¶ Poſtq̄ autor oñdit influentiā planetaꝝ ⁊ ſtellarum
reſpectu fetus.nunc ꝯſequent᷑ exequit᷑ ad effectū ſignoꝝ
Nō aries ē calidus ⁊ humid⁹ et correſpondet veri ver
enim eſt calidus et humidus ⁊ tūc aīalia maxīe appe-
tunt coitū ⁊ tunc augmētatur calidū et humidū gratia
ſolis exiſtentꝭ in ariete Et maxīe in viris tūc ē appetitus
ꝓpter hoc etiā mr̄ eccleſia ſtatuit ieiuniuʒ magis in illo
tpe q̄ in alio tpe ꝓpter luxuriā illo tpe rſtringēdā qꝛ tūc
hoīes ꝯſtricti yeme reuertunt᷑ ad vigorē vn̄ v⁹· Marce
mares·februoqꝫ canes.maio mulieres Nō aries hʒ do
minari ſup caput in quo vigēt omnes potentie anime

pꝛotanto qꝛ ipſe aries eſt pꝛincipium vitalis operatio-
nis ſic ꝛ caput in quo vingẽt omẽs potẽtie anime. Et iõ
medici dicũt ꝙ v̓tꝰ vegetatiua coꝛpis ẽ in capite princi
paliter ꝛ determinate Sz in coꝛde oꝛiginalit̃. Sz dubi
um ẽ. vtrũ vita magis cõſiſtat in coꝛde ꝙ̃ in capite Et
videt̃ ꝙ in capite. ptz ꝑ auicen. qui dicit ꝙ vidit arietez
ambulãtẽ coꝛde extincto. hoc eẽ nõ poſſet niſi vita hr̃et
pꝛicipiũ de capite. Sz ꝯtra hoc ẽ ipẽ auerroys i. vi. phi-
ſi. qui ipm̃ deridet dicẽs ſe vidiſſe arietẽ currẽ hinc inde
abſciſo capite. vñ Auer. vult ꝙ vita pꝛicipalit̃ et oꝛigi-
nalit̃ ſit in coꝛde. Sz ex ꝯſequẽti in capite. Sz medici ſẽ
m'tũ ſenſuales. Et iõ quia videt̃ in capite eſſe ſenſꝰ vir
tutũ. ideoqꝫ dicũt vitã ꝯſiſtere in capite pꝛicipalit̃. ſz non
ẽ ita. ꝑmo in coꝛde. Sz quid dicemꝰ ad autoꝛẽ in lr̃a q̃
dicit ꝙ caput ẽ nobilioꝛ ps coꝛpis. Dicendũ ꝙ hoc ẽ ve
rũ ſm̃ apparentiã ꝛ maioꝛẽ opationẽ ſpirituũ vitalium
qꝛ in eo apparent magis opatõs vite ꝙ̃ in coꝛde Unde
nõ dubito qui natura nobililioꝛẽ ꝛ melioꝛẽ ꝑtez coꝛpis
collocauit in medio coꝛpoꝛis Nam coꝛ ẽ pꝛimũ viuens
et vltimum moꝛiens hoc nõ eẽt pꝛincipaliſſimũ mẽbrũ
coꝛpoꝛis.

Thauro quidẽ collũ humeri et ſcapule gemini attribu-
unt̃. cancro manꝰ et bꝛachia leoni quidẽ pectꝰ ꝛ coꝛ. vir
gini ſtomachus ꝛ inteſtina. Et hoc videt̃ eſſe medietas
coꝛpis ſm̃ curſũ medietatis celi viz ꝑte ſeptẽtrionali eſt
annotã. libꝛa vero ſcd̃am ꝑtem coꝛpoꝛis reſpicit ſcilcet
renes et ẽ pꝛicipium ceteroꝝ mẽbꝛoꝛum Scoꝛpio vero

loca libidinis reſpicit tã ex ꝑte viri ꝙ ex parte mulieris

Sagittariꝰ nares ⁊ ea ꝑ que natura ſucceſſum dimit-

tit et poſteriora reſpicit· Capricornꝰ vero genua ⁊ alia

inferiora reſpicit. Aquariꝰ v̉o tibias reſpicit. Piſcis ve

ro qđ ē vltimũ. formatiões pedũ reſpicit ⁊ plantas Et

ſic breuiter habitum ē iudiciũ ex ꝑte·xii. ſignorũ

¶ Hic autor oñdit de aliȷ̃s ſignis dicés vtʒ in textu Nõ lr̃a vult intm̃ ꝙ luna exiſtéte in talibus ſignis q̃ reſpiciunt illa mébra vtʒ in lr̃a. in illis mébris non debet fieri minutio ſanguinis.

Et non opinet̃ aliq̃s illa ficta fore. nã fides huiꝰ in mul

tis experimétis valeat inueniri· noſcat ergo experimétũ

quiuis ꝙ malũ et venenoſũ ē tangere aliqđ mébrum lu

na exiſtente in tali ſigno illiꝰ mébri Et cã iſtiꝰ eſt· nã lu-

na auget humiditaté qđ expit̃ ad ſenſũ· ꝙ ſi carnes re-

centes ponant̃ denocte ad radios lune tũc ibi generant̃

vermes in carnibꝰ. Et illud nõ ſꝑ apparet eodeʒ modo

Sed p̃cipue in ſpeciali ſtatu lune

¶ Hic autor ꝯfirmat dicta ſua ꝑ expimenta Nõ ſi carnes in plenitudine lune ponerent̃ ad radios lune tunc conuerterent̃ in vermes et tũc magis ꝙ in alio tꝑe quia tunc luna ē multũ humida Et ideo dicit autor in ſpeci

ali ſtatu lune. Ex hoc patz ſi aliquis vulneratꝰ poneret
ad radios lune. hoc nocerz ſibi qꝛ luna augmētat hūidi
tates ꝛ ſic humiditas nimis f et icenſa Sed ſi ponit ad
radios ſolis nō ē nociuū qꝛ radij ſolis faciūt humidita
tem exalare Et ſic exiſtis ptz ꝙ ſp in plenilunio menſis
maioꝛat hūiditas. ſ. cerebꝛum medulla et mēſtruuz Et
ideo tūc difficile ē ſtudere ꝓpter humiditatem cerebꝛi ni
mis intenſam.

Ut illud ſane intelligat aduertendū ꝙ quatuoꝛ ſūt ſta
tus lune ſm Alber. intractatu de ſtatu ſolis ꝛ lune Lu
na vō in pꝛia eiꝰ incenſiōe eſt calida ꝛ humida vſqꝫquo
eſt ſemi plena poſt hoc tūc dr calida ꝛ ſicca quouſqꝫ ſit
plena. deinde ē frigida vſqꝫ eſt ſemiplena in decremento
Ultimo vō eſt frigida vſqꝫ ſoli adiungit. Et in hoc ſta
tu maxime humectat humida putrefaciendo ideoqꝫ cū
luna augeat in omnibꝰ mēbꝛis humiditatē tūc ledē mē
bꝛū cum ferro ē idem ꝙ grauit vulnerare qꝛ malū ē hu
miditatem addē humiditati Et ſic ꝑ ꝯñs augmentatur
nocumentum

¶ Hic ꝯfirmat dictum ſuum Nota pꝛima quadra coꝛ-
reſpondet aeri qui ē calidus et humidus ꝛ qui generan
tur in iſta quadra fiūt ſanguinei. Scōa ē ſilīs igni ca-
lido ꝛ ſicco ꝛ tunc in illo ſig generantur colerici Tercia
coꝛrñdet terre q̄ eſt frigida et ſicca ꝛ tūc naſcunt melan

colici. quarta quadra correſpondet aque: que eſt humi da et frigida ⁊ tūc naſcunt̄ flegmatici Et ſm hoc dicūt aliqui ꝙ ſi carnes ponerent̄ ad radios lune cū fuerit in quarta quadra tūc cicius ꝯuerterent̄ in vermes ꝙ̄ in ple nilunio qꝛ tunc maxime ē lune humiditas ⁊ vigoroſa. Nō ſi aliquis voluerit in quarta quadra tūc nō dꝫ tra here ſanguinē nec vulnerari in cerebro. Rō qꝛ per illaꝫ vulneratōꝫ humiditas augmentaretur nimis et ideo fi eret nociuum in membro.

Etatis aūt ſocij mei ꝙ̄uis quedā mulieres cau ſam rei hui⁹ occultāt. viri ignorāt. tñ quedam mulieres bñ effectum cognoſcūt. Et plura mala ex iſto opantur vt cū vir eſt in coitu cuꝫ eis. accidit qñꝗ viris magna leſio ⁊ grauis infectio ex infectione mēbri viril̄ p ferrū appoſitū p eas: put quedā mulieres vl̄ meretri ces docte ſunt in illa nequicia ⁊ in alijs ſimilibus Et ſi pbas eēt dicē h quedā aſcriberē. Sꝫ qꝛ ꝓpriū meū crea torē timeo. iō de illis occl̄tis ad pñs nihil māifeſtabo

¶ Hic ponit quedā notabilia Nō ꝙ quedam mulieres ſunt caute ⁊ aſtute ⁊ accipiūt ferrum ⁊ apponunt vulue et illud ferrū maxime ledit virgā virilē in coitu. Sꝫ vir nō pcipit ꝓpter nimiam delectatōꝫ ⁊ dulcedineꝫ vulue. poſtea tñ ſentit. iō maxime cauendū eſt ne fiat coit⁹ cuꝫ menſtruoſis mulierib⁹. qꝛ exinde homo poſſet incidere lepꝛā Et qñꝗ in magnā infirmitateꝫ qꝛ vene tranſeunt

a ſingulis membris ad teſticulos. iõ teſticulis leſis cito pt ledi totum corpus Vñ dicit dyaſidus ſi mulierem mēſtruoſã ſcient̄ acceſſeris totũ corp⁹ tuuz infectuz erit: et multũ debilitaris. q̄ vix infra menſem verũ colorem et fortitudinē rehabebis. Et ſicut liquidũ veſtimētis tu is adherz ſic ille fetor om̄io interiora hois corrūpit Di cit em̄ venerabil' ypocras de naturis hoīm. mulierē mē ſtruoſam nõ accedas. q2 exiſto fetore aer corrumpit. et omnia interiora hois ꝯfundunt. Nõ autor timet deum ſcribendo ſecreta vſq3 ad vltimũ ne aliquis expert⁹ for te malũ operetur per illa ſecreta.

Item de quarto ſtatu lune p̄cipue poſſum⁹ effectũ de clarare p̄dictũ alio experimento qđ ſumit ex eo. q̄ radij lune de nocte ſubintrātes feneſtras ⁊ puenientes ad ca put dormiētis faciunt dolorem capitis et fluxum reu matis et cauſa huius dicta eſt prius.

¶ Item cauſa huius eſt quia tunc luna eſt multum hu mida et quia reuma cauſatur ex ſuperfluitate humidi tatis iõ facit catharr ⁊ q2 humiditas lune perturbat hu miditatem cerebri ⁊ augmētat ipſum. gr̄a hui⁹ augmē tationis fit fluxus per nares. Et ſi tunc illi radij inueni rent vulneratũ vſq3 ad mortem lederēt ipſum ideo vul nerati preſeruandi ſunt a radijs lune.

Poſt hoc vero ad influentias planetarum quos anti qui vocauerunt deos nature ſuper hominem ex parte

Poſtq̄ vo au. corporis et aīe nunc reuertamur

oſtendit quomodo p̲ planetas habet formari fetus

¶ Hic oſtendit quō iſti planeti ſe hn̄t ad fetū ex p̲te anime vł corp̲is vł ſił. Nō planete hn̄ dicūtur dij nature. Rō q₂ natura regit̄ ab ip̄is ſicut regnū a rege Un̄ tot⁹ ille mundus ꝯtiguus ē ſuperiorib⁹ latiōib⁹ vt tota virtus ei⁹ inde gubernet̄. Sed dicit ſi planete ſunt dij nature q̄d tūc facit celū ſtellatū Dicit̄ hoc ē cā vniuerſalis nature ⁊ vniformis Sꝫ planete diuerſificāt effectuꝫ ſm eoꝝ motū Un̄ planeta dr̄ a planos grece qđ ē planuꝫ ſiue error latine nō ꝙ in ſe errent. Sꝫ ꝙ ex eoꝝ motib⁹ fiunt diuerſi errores in mundo et in effectibus

Aturnus qui ē ſup̲ior obſcurior ⁊ grauior tardior aliꝭs facit natū qui ſub eo naſcit̄ fuſcū i colore. ex p̲te corp̲is. et plenū in capillis nigris ⁊ duris ⁊ caput turbidū ⁊ bn̄ barbatū. Et talis hō ꝯtinet ſubtile pectus ⁊ hꝫ ſciſſuras in calcaneis figuraliter. Et hoc ſm diſpoſitiōꝫ figuralē. ſm v̄o aiam natus ē multū p̲fid⁹ et malitioſ⁹ iratus. triſtis. et malign⁹ vite. fetida diligens Et turbida veſtimēta ſp̲ induens. Et nō ē luxurioſus ⁊ in pluribꝰ venerē minime diligens ymmo naturalit̄ abhorret. Un̄ breuit̄ notandū. ꝙ ſm intentionē mgr̄i mei in illa ſciētia exp̲ti quicūq₃ natus fuerit ſub ſaturno habꝫ oēs malas diſpoſitiones corporis

Hic ꝯ. p̲ſequit̄ intētū ſuū Et diuidit̄ in ſeptē p̲tes ſm ꝙ

ſeptem ſunt planete Nō ſaturnus ē ſupremus planeta
et ꝯplet curſum ſuū in triginta ānis·ita ꝙ redit ad idez
punctū zodiaci a quo incepit Et ſm ptholomeū ſaturnꝰ
maxime diſtat a terra ita ꝙ ad illā ꝑtem vbi tangit ſpe
ram iouis hō veniret in quiqꝫ milibꝰ ānoꝝ ⁊ in ſeptin-
gentis ⁊ triginta quatuoꝛ annoꝝ ⁊ in ſeptuaginta ſep
tem ſeptimanis et in tribus diebꝰ. ſuppoſito ꝙ dieta ho
minis eſſꝫ decem miliaria Et ſm aſtronimos ſaturnus
ē tante magnitudinis ꝙ ē nonageſies maioꝛ ꝙ̄ tota ter
ra Itm̄ dictū ē ꝙ ſaturnꝰ ē mltū tardus in motu ſuo
hoc dꝫ ſic intelligi ꝙ in tꝑe longioꝛi ꝯplet curſum ſuuꝫ
Vn̄ ſaturnꝰ ē bn̄ triceſies maioꝛ ſole quātū ad ſuū oꝛbē
Et ſicut ſol pertrāſit ſuā oꝛbem motu ꝓpꝛio per zodiaci
ſigna in uno āno ſic ſaturnꝰ in triginta annis. et ſic mo
uetur ita velocit̄ ſicut ſol. vbi igit̄ duo hoīes ābularent
vnus ꝑ triginta dies ambularet. triginta milaria. alter
vnum miliare tunc alter qui ambulat vnū miliare. am-
bulat cicius nō tn̄ velocīꝰ eſt in motu eo ꝙ in equali tē
poꝛe ꝑ tranſit de ſpacio. ſm pħm. vi. pħicoꝝ· Itm̄ nota
lr̄a dicit ſaturnus facit natū ſuum fuſcum in coloꝛe. ra-
tio qꝛ ſaturnus ē ſimilis terre qꝛ ē frigidus et ſiccus et
obſcurus et niger et virtualit̄ facit natū obſcurum Itē
facit natū cū pilis duris qꝛ eſt terreſtris ꝯplexionis ⁊ iō
in fetu humoꝛes malos cauſat ⁊ groſſos a quibꝰ gene-
rant̄ groſſi pili Itm̄ natus eiꝰ eſt triſtis qꝛ melancolice
ꝯplexionis eſt v̄tualiter ⁊ melancolici ſunt triſtes qꝛ ſꝑ
inclināt ſe ad terrā Itm̄ natꝰ eius ē piger in inceſſu. qꝛ
ip̄e eſt grauis ſicut terra ⁊ iō difficulter mobilis Item
ip̄e nō appetit coitū quia ſiccus eſt ⁊ ſi vult appetē poſſꝫ
vti calidis ⁊ bene cōditis ⁊ humidis cibarijs Item ille
natus ſꝑ eſt inuidus ⁊ puidus quia nullum habꝫ gau
dium ſed ſempꝛ melancoliſat ⁊ eius ſomnia vt in plurim̄
fiunt vera ſicut videmus in fatuis qui dicunt ſemper

futura per fantáſias et per melancolias. Et ipſe ſp̄ cu-
pit ſedē in angulo ſolitarie. Itm̄ nō lr̄a dicit ꝙ ipē ha-
bet ſciſſuras in calcaneis.i.diuiſiones in pedibus circa
anteriorem ꝑtem ſicut equi ⁊ calcanea eſt vna ꝑs pedis
in anteriori parte qua primo terrā calcamus.

Upiter vero ſtella regalis exiſtens . pia dulcis
et lucida ⁊ tꝑata ⁊ ꝓſpera·facit natū optimum
q² nato ſub eo dat faciē pulchrā.oculos claros ⁊ barbā
rotundā Et figurat duos dētes ſuꝑiores magnos ⁊ eq̄
liter diuiſos Et dat hoī colorē albū rubeo ꝑ mixtū in fa
cie.et facit longos capillos Scd̄m aiam facit natuꝫ bo
nū ⁊ honeſtū·diligentē legē ⁊ honeſtatē Diligenſqꝫ ve-
ſtimenta pulchra ⁊ ornata · Et delectabiles ſapores et
odores ei placent ⁊ erit miſericors largus iocundus et
virtuoſus et verax in ſermonibus
¶ Ponit de ſcd̄o planeta qui dr̄ iupit̄ vn̄ ſm Aſtro.cō-
plet curſū ſuū in.12.annis ita ꝙ ſub quolibet ſigno mo
rat̄ ad vnū·ān̄ū vn̄ ſm Aſtro.iupit̄ ml̄tū diſtat a t̄ra q²
ad illā ꝑtē vbi ē ꝓpinquior terre hō veniret de t̄ra in du
ob⁹ milib⁹ annoꝝ ⁊ in quingētis vigintiſex ⁊ quatuor
ſeptimāis ⁊ quiqꝫ dieb⁹ ſuppōito ꝙ dieta eēt decē milia-
ria·Et magnitudo ei⁹ ē talis ꝙ quinquageſies ē maior
terra Itm̄ iupit̄ dr̄ fuiſſe ille q̄ expulit pr̄em a regno.ſic
iupit̄ expulit opatōm ſaturni·q² ſibi ꝯtrari⁹ ē ꝑ totum
viꝫ in lr̄a q² ſm aſtron.qui naſcit̄ ſub ioue perueniet ad

multos honores q2 facit faciem pulchram ⁊ facies est nobilior ps corporis vñ pl⁹ laborat in facie ꝙ in aliis. Et facit hoiem albũ rubedine pmixtum q2 ille color est pulchrior inter alios q2 ille color ē ſanguineus. Item facit barbã rotũdã q2 rotunda figura ē nobiliſſima figura ex. ii. celi. Et iõ caput rotundũ ē diligendũ. iõ nutrices ſolent ꝯprimẽ ⁊ rotundare capita pueroꝝ. Item facit capillos longos q2 facit natũ calidũ ⁊ humidum. humiditas. n. cũ calore ē cauſa longitudinis puerorũ. vñ ē ſupfluum ⁊ reſiduũ humiditatis q̄ exit p poros. Et iõ qui hñt longas barbas ſũt bone ꝯplexionis ⁊ qui cito barbeſcunt ē ſignum bone ꝯplexionis. Itm̃ natus ſub ioue ē bon⁹ ſm animã fidelis et addiſcẽs. coitũ appetens ⁊ hñ potẽs grã caloris. potens in ope grã humiditatis ſufficientis et bene capit ſingula que audit. quia habet ſpũs abiles ⁊ ſatis humidos Vñ humidus bene recipit q2 calidus iõ bene delectatur. et non eſt piger

Ars cum ſit intemperatus in caliditate ⁊ ſiccitate Ideo ſm hoc facit natum ſuũ rubei coloris cum quãdã aduſtione et obſcuritat: ſicut videtur in iſtis qui paſſi ſunt a ſole et habet paruos capillos et paruos oculos et totum corpus habet curuum et groſſum aliqualiter Secũdum animam vero fallax. inconſtans. inuerecundus. iraſcibilis. proditor. diſcordias ⁊ bella ſeminans et ſuperbus erit

Hic exequitur de tertio planeta qui dicitur mars. No-
mars mouet ſub zodiaco talit ꝙ ɔplet curſum in duo-
bus annis Et diſtat a terra ꝙ ad illā partē vbi ꝓpinqui
oꝛ eſt terre hō veniret in quadꝛingentis ⁊ nonaginta an
nis ⁊ vndecim ſeptimanis ⁊ quatuoꝛ diebꝰ ſuppoſito ꝙ
dieta homis eſſꝫ nouem miliaria. Jtm̄ nota caliditas
⁊ ſiccitas ſunt cauſe aduſtiōis criſpitudinis criniuꝫ Vn̄
nati ſub marte hn̄t paucos crines cā ſiccitatis ⁊ habent
curuos ſeu criſpos crines gr̄a aduſtionis Jtm̄ natꝰ ſub
marte eſt rubei coloꝛis cum quadam obſcuritate. qꝛ co
loꝛ rubeꝰ cauſat ex eo qꝛ calidū agit in humidū ⁊ ɔſumē
do humidum relinquit ſiccum. ſicut videmꝰ qn̄ debent
ɔburi lateres ꝙ an̄ ɔbuſtionē nō ſunt rubei ſꝫ poſtea cō
ſumpto humido efficiunt rubei. ⁊ iſti nati hn̄t paruos
oculos qꝛ oculus ē mēbꝛum in quo viget humiditas qꝛ
ocl'os ē aquee nature ab extriſeco. ij. de Anima qd̄ pꝫ
ſi ledit exit aqua. ⁊ quia mars ē calidꝰ ⁊ ſiccus iō nō pt
foꝛmare magnos ⁊ pulchros ocl'os. Jtm̄ mars inducit
bella qꝛ exiccat cerebꝛum ⁊ coꝛ incendit et ſic ira gene-
rat. Jra em̄ eſt accenſio ſanguinis circa coꝛ. et iō mars
ſm antiquos vocabat deus belli. Jtm̄ eſt fallax. Ratio
quia eſt ſiccus et calidus ⁊ ſic vt ſp eſt iracundus ⁊ co-
gitat de malo vt fallat hoies ⁊ pꝛodat Jtm̄ ſatis appe
tit coitum qꝛ calidꝰ. ⁊ modicū pt qꝛ caret humiditate

Sol quidem regularis ſtella exiſtens. lumen mū
di et ocl'us vocatus. natum ſub eo facit carno-
ſum et faciem pulchram ⁊ oculos magnos coloꝛem al-
bum cum quadā rubedine bene barbatū ⁊ longos capil
los Scd̄m vero animā vt quidā ſcribūt facit ypocritā

et malum Juſtum in exteriori pte apparentem. et facit

hoies multum ſcientes ſm aliquos· Sz inueni aliquos

dicentes q natus ſub illo planeta eſt regularis religio

ſus pfunde deuotiōis ſapiēs· diues· diligens bonos et

deprimens malos

¶ Hic exequitur de quarto planeta q dr ſol. vñ ſol de ſui natura eſt planeta calid9. et iō influit nato ſub eo calorem et eſt ſiccus ſz tpate. Vñ di· ſi ſol ē ſicc9 ſicut mars quare nō influunt eundē effectū Dicendū q pter caliditatem et ſiccitatē ſol virtualit ē humid9 et non ſiccus niſi tpate Jtm̄ ſol ſm antiquos dicebat pr deoꝝ. q2 ſol eſt principium vite influens eſſe omni rei. ita q ſol per eius acceſſum et emiſperiū nr̄m influit fertilitatez et generatōz· Et poſt eius receſſum videm9 areſcere et terrā fieri aridā. et in quolibz ſig manet. xl· dies et curſum ſuū pficit in vno anno. Et ſm Aſtro . im̄ diſtat a terra q ad illā partē vbi propinquior ē terre hō veniret in qua dringentis et triginta annis et in· xxvi· ſeptimanis et in ij. diebus ita q dieta eius eēt decem miliaria· Jtm̄ nō natus ſub ſole eſt ypocrita Et dr ab ypos qđ eſt ſub et criſis auꝝ quaſi hn̄s maluz ſub auro. i. ſub bona appentia. vñ v9. Omīs ypocrita facieten9 eſt heremita . Jtez calefacit tpate et iō facit natū ſub eo magne ſapiētie q2 calor ſaltē moderat9 eſt inſtrumētū operandi virtutes anime q2 calor facit ſpūs agiles et pmptos Jtm̄ dicūt quidam natus ſub ſole libenter vult mitti in exiliū quia amabilis eſt et iocund9. iō deus prouidet ſibi de omni bono. Jtem ſol ſm ptholomeum in centilogio ſuo dicit eſſe octies maior q̄ tota terra.

Enus eſt ſtella beniuola et facit natũ pulchruꝫ

et maxime oculis ⁊ ſupcilijs carnoſum ⁊ medie

ſtature Scd̃m animã vero blandũ ⁊ eloquẽtẽ. muſica-

lia diligentẽ voluptatẽ gaudiũ et corẽam deſiderantem ¶ Proſequit̃ de quinto planeta qui dr̃ ven⁹ Vñ venus habꝫ plura noĩa. p̃rio dr̃ ven⁹ a venerando qꝛ antiqui venerabãt eã cauſa amoris Etiã dr̃ lucifer. qꝛ de mane lucem indicat qñ p̄cedit ſolem ſequẽdo de veſpere dr̃ veſper⁹ qꝛ veſperum de nocte inducit ſolẽ ſequendo et hꝫ colorẽ candentẽ ⁊ fulgenteꝫ iter ſydera Et ꝯplet curſum ſuũ in tricentis triginta octo diebus· Et ven⁹ ẽ in magnitudine ſicut ẽ vna ps de viginti octo terre. Et ſm aſtro. tm̃ diſtat a terra ꝙ ad illã ptem vbi ꝓpinquior eſt terre hõ veniret in quinquagita ⁊ quindecim annis. et. l⁹· ſeptimanis et in vno die. ſuppoſito ꝙ dieta hoĩs eſſꝫ decem miliaria No. ven⁹ ẽ calid⁹ ⁊ humid⁹ virtualit̃ Et facit natũ luxurioſũ ⁊ pulchrũ qꝛ gr̃a caloris facit natũ appetẽ ⁊ gr̃a hũiditat̃ facit ip̃m poſſe ĩ ope Itẽ facit natũ diligere muſicalia qꝛ muſica ẽ vtilis ꝓ cãtantib⁹ et ip̃is amatorib⁹ Itm̃ nota ſuppoſito ꝙ venus et ſaturn⁹ venirẽt ſm oppoſitũ tunc nat⁹ illo tp̃e nõ eſſꝫ omnino malus nec omnio bon⁹ ſꝫ medio mõ ſe hr̃et qꝛ bonitas veneris retardat maliciã ſaturni quantũ p̄t et ſic facit ibi medium

Ercurius quem aſtronimi· ſolẽ aſſequi aſſerũt

et ex radijs ꝯtrahi. facit natũ cum corpe gracili

ſatis parue perſone ⁊ barbe pulchre Et raro ſm animã

erit ſapiens et ſubtilis phiam diligens. Et ſtudiū boni

moris· et pfecti ſmonis et ille multos acquirit amicos:

et tñ non multum fortunatus in eo bona conſilia vigēt

verax et nullius puidie exps modulationibus. et nō cō

ſcius. i. soci⁹ in malo

¶ Hic exequitur de ſexto planeta qui dr̄ mercurius Nō
mercurius ſp graditur cū ſole et nunq̄ ab eo diſtat am
plius q̄. xxx. gradib⁹ Colorē hꝫ radientē raro pter vi
cinitatē ſolis videt. Sꝫ tñin meridie mediante ſpeculo
videt. Et dr̄ mercurius quaſi mercator kirios. id ē dñs
quia mercatores indigent eloquētia vñ mercurius dicit
deus eloquentie. Et pplet curſum ſuum in tricētis. xxx.
octo diebus ita q modicū min⁹ q̄ p annum· Et quāti-
tas mercurij eſt ſicut vna pars de viginti duobus mil-
le ptibus terre. ideo ē ſtella pua· Et littera dicit q mer
curius ptrahit a radijs ſolis Ratio quia continue mo
uetur ſub ſole· Et pter radios ſolis videri non poteſt
quia lumen maius obfuſcat minus· Itē natus ille dili
git phiam quia facit natum ſubtilē ſm animā ideo dili
git ſubtilia

Una cū ſit velocioris mot⁹. facit natū vagabū

dum. verus ſermone· nullius iuicij. et facit iocunduꝫ. et

mediocris ſtature et hꝫ oclos inequales· ſ. vnū maiorē
reliquo

¶ Exequitur de vno planeta qui dr̄ luna· Nō ſeptio et
vltimo q luna ē velociſſimi motus. ideo natus eius eſt
vagus ⁊ nō poteſt durari in alio officio vl iuici o Et q

luna eſt velociſſimi motus ptʒ qꝛ quanto planeta eſt in
ferioꝛ tanto cicius moueť. vñ luna cõplet curſum ſuum
in. xxvii. dieb⁹ et. viii. hoꝛis Et ſm aſtro. tm̃ diſtat a ter
ra ꝙ ad illã partem vbi ꝓpinquioꝛ ẽ terre ſcʒ ad cõcauũ
orbis lune homo veniret in. xii. annis et. lviii. ſeptima-
nis et in. iii. diebus ſuppoſito ꝙ ei⁹ dieta eſſʒ. x. miliaria
Nõ luna hʒ lumẽ a ſole et qñ currit cum ſole tũc habʒ
vigoꝛem et vim vt in nouilunio et in quolibʒ menſe an
nt ꝯplet curſum ſuũ ꝑ. xij. ſigna. Et in luna videm⁹ ma
culam et cã huius ẽ ꝑ ꝯmentato. ij. celi qꝛ luna eſt coꝛp⁹
rotundũ et rarum in medio denſũ ex nubib⁹. Et ideo in
medio ꝓpter raritateʒ nõ p̃t reuerberare lumen ſolis. et
ſic penetrat ip̃m in medio ⁊ ꝑ hoc ptʒ obſcuritas.

Et ſciendum ꝙ omnes ſtelle et alie partes coꝛpis ſupce
leſtis illa officia diuinitus ip̃a exequuntur. et ſemper ſic
agunt et ſic nunꝙ impediuntur quantũ eſt ex parte ea-
rum. Et ideo ſi phas eſt dicẽ ſcd̃m ea que dicta ſũt om
nia iferioꝛa a ſuperioꝛib⁹ reguntur Et ideo illa que di-
uino ſacrificio ⁊ beſtiali ꝓmolatione et alia que in mun
do fiunt non poſſunt remoueri ab actione coꝛpoꝛuʒ ſuꝑ
celeſtium dantium vitam et moꝛtem

Hic autoꝛ ponit vnuʒ notabile. qꝛ pꝛius dictum ẽ ꝙ
natus ſub diuerſis planetis diuerſimode regiť ⁊ ꝓduci
tur. Dicẽ aliquis quõ vel qnare ſunt ſtelle ſic oꝛdinate
Reſpondeť ꝙ ꝑ naturã diuinã talis oꝛdinatio facta eſt
deus em̃ ſic oꝛdinauit domũ planetaꝝ. Et illud ptʒ. xij.

metha. Et autor vult ꝙ ꝑ ieiuninm et ſacrificium beſti
arum non p̄t remoueri curſus planetaꝝ Illud ꝓbatur
qꝛ motus celi eſt ſꝑ vniformis et regularis. vij. phicoꝝ
et ſꝑ inuariabilis ſicut q̊ deꝰ inſtituit ab eterno vl' ineter
num ꝑmanebit Sꝫ ꝯtra ſapiēs dn̄abit̄ aſtris ſm̄ theo-
logos hoc nō eēt niſi curſus planetaꝝ ⁊ effectꝰ impedi-
ri poſſent Rn̄detur ꝙ ſapiēs ſic dominabit̄ aſtris qn̄ vi
deret aliquē effectū ſaturni de neceſſitate vt frigiditateꝫ
tūc p̄t ſe cauere a nocumēto Sꝫ nō p̄t impedire eorum
effectum ſimplicit̄ qm̄ ita ſꝑ agunt. Et autor loquit̄ na
turalit̄ cū dicit ꝙ ꝑ ſacrificia nō p̄t remoueri effectꝰ pla-
netaꝝ qꝛ theologꝰ tenet ibi oppoſitā ꝑtem qꝛ oīa ſunt in
potentia dei. et deꝰ agit libere et ſepe exaudit preces xp̄i
fidelium.

Ex iſtis verbis ſic forte aliquis crederet me ſic capere in
duplici pctō. primo quidē qꝛ ſtatim viſa ſuꝑficie verbo
rum cōcluderet ex eis v̄baliter oīa de neceſſitate venire.
Scdo ꝙ me occultorem chriſtiane fidei vellet dicē Et
neceſſarium de iſtis narratum ſit planetis

¶ Hic reſpondet cuidā queſtioni qꝛ aliquis poſſꝫ ꝯtradi
cere autori Ex dictis nāqꝫ ptꝫ ꝙ oīa ex neceſſitate veni-
unt. qꝛ eueniunt iuxta curſum planetaꝝ et ille nō poteſt
impediri ſm̄ autorem Vn̄ omnia bn̄ eueniunt ex neceſ
ſitate ꝯdicionata. ſꝫ non abſolute. hoc ſic declarat qꝛ qui
libꝫ effectꝰ de neceſſitate euenit ſtantibus ſuis cauſis ne-
ceſſarijs et infallibilibꝰ. vt dicit ariſto. ij. poſte. ſꝫ qꝛ ma
teria qn̄qꝫ ē indiſpoſita iō eoꝝ effectus impediunt̄ ꝑ acci
dens Et ſic ſuppoſito ꝙ virtus planetaꝝ in tali ſig̊ indu
cat mortem tn̄ adhuc homo ꝑ remedia p̄t conſeruari.

et ſic materia non eſt diſpoſita ſeu apta ad talez effectū
Ex illo ptz error illoꝝ qui dicunt oīa euenire de neceſſi-
tate ꝯſte latiōis.

T aūt ea que dicta ſunt lucidiori lumīe cognoſ
canť. ⁊ quō aliqñ plures fetus fiunt in mr̄ice ⁊
plures pueri naſcunť ſicut duo gemelli. oportunū ē mo
dicū trāſgredi ab hoīs generatōe ⁊ videndū ē de genera
tione animaliū imꝑfectoꝝ q̄ nō ex ſemine ſʒ putrefactiōe
generanť. Iuxta qđ notandū ꝙ illa animalia imꝑfecta
ſicut muſce ⁊ ſimilia nō ſꝑ eodē mō generanť ſicut ꝑfe
cta animalia. qꝛ ꝑ deciſionē ſeminis nō generanť ſed ex
putrefactis. videlicʒ quarto methaphiſice.

¶ Capitulum tertiū in quo autor agit de formatōe fe-
tus in vtero Et p̄mo facit digreſſionē a ꝓpoſito Scđo
regrediť ad ꝓpoſitū. ibi reſpondeamꝰ ⁊ dicamꝰ Nota ꝙ
muſce ⁊ aranee ſunt aīalia imꝑfecta. ⁊ nō ſunt de ꝑfe-
ctiōe vniuerſiʒ tū nō omnio fruſtra. iō qꝛ natura ipſa
ordinauit vt malos humores abſorbeant ⁊ vt eo meliꝰ
homines a malis humoribus preſeruarentur

Utrum aūt animalia eadē ex ſemine vł ſine ſemine ge
neranť Dubitatio ē apud plures. opinio ēm Auicē. ca.
et libro de diluuijs ē. ꝙ eadē animalia ex ſemine ⁊ ſine
ſemine generanť Et hoc declarat qꝛ diluuiū fieri poteſt

adhuc vl̃e ⁊ in tali diluuio corrũpent omnes viuentes ꝫ
corruptis aũt omnib⁹ viuentib⁹ fierent influentie in cada
uera mortuoꝝ que putrefacta ſũt. ⁊ tunc ex virtute celi
generabunt eadẽ que pri⁹ fuerũt. ita ꝙ vnũ generatur
ex putrefactis. ⁊ aliud ꝑ decisiõꝫ ſeminis generabit ſibi
ſil'e in ſpecie. ⁊ declarat poſſibilitatẽ hui⁹ ad ſenſũ dicẽs
Capiãt capilli mulieris mẽſtruoſe ⁊ ponant ſub terra
pingui vbi iacuit fim⁹ tp̄e yemali tũc in vere ſiue eſtate
valeſcẽte calore ſolis generat ſerpens long⁹ ⁊ fort Jlle
vltra generabit ſibi ſimilẽ i ſpecie ꝑ decisiõꝫ ſeminis Et
illud idẽ declarat in mure qꝛ tp̄e ſuo quidã mus erat fa
ctus ex putrefactiõe ⁊ illa vltra ſibi generauit ſil'em in
ſpecie ex ſemine. plures rationes poſſunt adduci· Sed
ſufficit quod dictum eſt quia longum eſſet omnia incidẽ
cia ad illam materiam enarrare

¶ Hic mouet dubium et hoc ſic ꝙ ponit opiniõꝫ auicẽ-
⁊ rõs e⁹. ſc̃do reꝓbat illã ibi breuit ad illã ꝛc Nõ auic-
poſuit datorẽ formaꝝ vtꝫ ꝑ ꝯmẽta. xii. metha. ⁊. iiii. Et
iõ ip̄e vltra poſuit ꝙ v̄tus diuia mediãte motu plane-
tarum poſſit infundẽ formas ⁊ dare eſſe· ⁊ tunc vltra

ex putrefactione rebus generatis illa vltra generantur ſibi ſil'ia ſicut etiã poſuit ſi virtus ſolis in terra ꝓducit planetã ꝙ ille vltra mediante fructu ⁊ ſemine poſſ3 pro ducẽ alium planetã Nõ ꝙ crines mulieꝝ mẽſtruoſarũ ſũt m'ltũ humidi ⁊ groſſi ⁊ veennoſi· et ideo ſi iſti ponã tur ſub pingui terra in yeme tũc generabunt humoſita tes ⁊ venoſitates ꝑ virtutẽ ſolis ⁊ pñt verti in ſerpẽtes et ſic dr̃ ꝙ baſiliſcus fiat artificialit in fimo ex ouo· vñ fimus ẽ terra pinguis arphinata humiditate r̃pleta Et iõ facit aliq̃d fructificare vñ in terra arida ⁊ ſicca illud nõ h3 veritatẽ Itẽ in yeme cũ fimus abintra ẽ humid⁹ et calidus ſufficient. q2 frigus circũſtans nõ ꝑmittit ca lorem innatu3 exalare ⁊ recedere Nõ mus qui generat ex putredine terre ẽ groſſioꝛ alio mure generato ꝑ deciſ ſionẽ ſeminis Et ille h3 caudã maioꝛẽ et ẽ m'ltũ veneno ſus q2 materia fuit putrida valde ex qua ẽ ꝓduct⁹ Itẽ auicen. poſuit quendã vitulũ cecidiſſe de celo quem dixit generatũ fuiſſe in aere ex putrefactione

Breuiter ad illam opinionẽ dicendũ eſt ꝙ nõ eſt vera et ratio q2 ſm phm. viii. phi. ſicut aliquis h3 ꝓpꝛiã ma teriam ſic ꝓpꝛiũ h3 agens q2 tali materie ẽ talis foꝛma. q2 alius ẽ actus materie ⁊ ali⁹ eſt actus foꝛme vt dicit viii. metha. Et tñ illa aialia hñt diuerſas foꝛmas ⁊ ma terias ⁊ ꝑ ꝯñs diuerſa agẽtia ⁊ generãtia habebũt In tentio em̃ phi· viii. phi· ꝙ eadẽ animalia ſaltẽ ſm ſpeciẽ pñt fieri ex ſemine ⁊ ſñ ſemine. ſicut ſanitas qñq3 fit ab

arte qñq3 a na. ſ3 in hoc differt ab auicen. qui ait. ꝙ nū-
q̄ꝫ animalia pfecta ſine ſemine fiant. ſm autez pħm hoc
nō ē verum· differt etiā ob eo qꝛ ſm doctrinā phi. j. me
theo.. Diluuium vl'e eſt impoſſibile apō naturā fieri· tā
p ignem q̄ꝫ p aquā hui⁹ rōm dicit albert⁹ qꝛ diluuium
fit ex ↄſtellatione humectāte· iō ſi ↄſtellatio humectans
reſpicit vnam ptem terre tūc alia oppoſita terre reſpicit
aliam ptem ſc3 ↄſtellatio deſiccans Et quantuz vna hu-
mectat in vna parte tunc alia deſiccat in alia parte· ideo
impoſſibile eſt quod dicit auicenna.

¶ Hic aūt improbat auicennā vl' opinionē auicē. Et nō
rōm ↄmentatoris pbando ꝙ generatū ex ſemine ⁊ ſine
ſemine dꝛn̄t ſpecie ſic ꝙ agens ē diuerſū ⁊ recipiēs di-
uerſum et tūc receptū erit diuerſū. ſ3 a ppagatis et a pu
tredine generatis ſic ē· ꝙ materia ē alia ſc3 ſemē et pu-
tredo Item agentia ſunt duplicia ſicut virtus ſolis et
ſtellaꝝ cuz calore. in corpata in putrefactis ab vna pte
Et agentia a quib⁹ ſemina deſcindunt̄ ab alia parte ſc3
in ppagatis ſic illi duo mures dꝛn̄t ſpecie Et ſi ſerpens
fit et generat̄ a crinib⁹ et vltra alius generat̄ p deciſſiōꝫ
ſeminis illi differunt ſpecie. Nota impoſſibile eſt fieri di
luuium vl'e qꝛ planete nō poſſunt ſic ↄcurrere S3 bene
fit diluuiū pticulare vt ſi omnes planete ↄcurrerēt i hoc
frigido ſigno piſciū qꝛ illud ſignū eſt ſūme frigidū ideo
ↄtingere poſſet Diluuiū tn̄ generaretur in vna regione

ꝙ illud ſignum reſpicit Et ſic non poteſt fieri niſi mira
culoſe Legit̃ eñ ꝙ fctm̃ fuit diluuiũ vniuerſale ꝓpt̃ ma
liciã hoim. de illo h̄ nihil ad ꝓpoſitũ cũ naturalit̃ loqua
mur Ex dictis nõ. ꝑ expientiã videmꝰ nos ꝙ tp̃e yema
li in vna regiõe plꝰ generatur de aqua. ⁊ in alia regione
oppoſita vbi ẽ eſtas plꝰ generat̃ de aere ⁊ igne ſm curſũ
planetaꝝ

Reſpondeamus et dicamꝰ ꝙ quedã ſine ſemine gerant̃
⁊ cauſam huiꝰ generatõis reddit phs. iiii. methe. di. ca-
loꝛ diſgregãs coꝛpꝰ mixtũ facit ꝑ hoc ꝙ ſubtile extrahit
et relinquit groſſum. et nõ ẽ abſolute caloꝛ Sꝫ ẽ virtuſ
ꝯſtellatõis ⁊ celeſtis Et phi intentio ẽ ꝙ materia ex ꝙ
aĩl ſine ſemine naſcit̃ ẽ aliq̃ humiditas ſubtil̃ i qua qui
dem caloꝛ naturalis ſepe agit ex parte celi qui dum
ꝓpoꝛtionatꝰ ẽ materie. in ꝙ quidẽ materiã foꝛma talis
animalis dꝫ introduci hãc humiditatẽ caloꝛ celeſtis iaꝫ
dictꝰ ſegregat a qualibꝫ ꝑte groſſi t̃reſtris. ⁊ ſm intẽtõꝫ
phi. viii. metha. hec generatio ẽ vniuoca ſaltẽ virtualit̃
non aũt foꝛmalit̃. ꝑ hoc ſoluit̃ dubitatio ꝙ quidã factũt
dicentes omne qd̃ generat̃ vniuoce ex ſibi ſil̃i generatur
in ſpecie. verũ ẽ virtualit̃. Circa hoc notandũ ꝙ ex eaſ

dem materia. plura animalia imperfecta naſcunt̃ vt ex

ſtercore equi naſcunt̃ muſce veſpes ⁊ plura ꝯſilia diuer

ſe ſpẽi ⁊ diuerſi coloris ⁊ figure generantur
¶ Hic ſoluit dubitationē ⁊ rn̄det ſm intentõz ſuã No·
ſm Albert. talis ē modus gn̄atõis animaliuz ex putre-
dine. ꝙ calor ſolis quando ꝓtenditur vſqꝫ ad materiaz
putridã tunc extrahit humidũ ſubtile ab illa materia et
generantur quedam pellicule exterius ita ꝙ calor inte-
rior nõ ꝑmittit̃ exire ⁊ tunc virtute ſolis ille calor qui ē
in materia putrida petit exitum et impeditur. et ex tali
motu ſurſum et deorſum generatur quidam ſpirit⁹ pul
ſans. mediãte quo ſpiritu vita producitur in tali mate-
ria Et ſi queritur vtrum ille ſpiritus pulſans. ſit ſubſtã
tia vł accidēs. Dicendũ ē ꝙ eſt ſubſtantia quia mediã-
te virtute formatiua ille ſpũs agit. ⁊ quia agēs nõ niſi
mediate ſubſtantiam producit ideo neceſſe eſt illum ſpi
ritum eſſe ſubſtantiã· Et ille ſpũs eſt corpus ſubtile ge-
neratum ex ſubtiliori parte materie putredinis Sz du
bitat̃ vtrum ille ſpiritus ſit animatus vel inanimatus
ſed virtualiter q2 educit animaz viuere effectiue de illa
materia putredinali Et iõ dicit Auicenn. in. xii. metha.
in illa digreſſione vbi improbat auerroim platonem et
miſtum· ꝙ ex putredine generantur rane · Sed au
tor dicit calor ſolis attrahit humidum a put edine. pro
bo per experientiam· accipio vnum murem putredina
lem et ponam in locum vbi ſunt radij ſolares in vigo
re inuenio ꝙ calor ſolis facit exalare totam materiam
muris ita ꝙ ibi nihil remanet niſi pellis. Nota genera
tio Septimo Methaphiſice diuiditur quia quedam
vniuoca quedam equiuoca Equiuoca eſt qñ formaliter

generans.et genitum differunt ſpẽ vt ſi generatur muſ
de terra ꝛc. Uniuoca eſt qñ generãs et genitum ꝯueni-
ũnt in ſpecie vt hõ generat hominẽ vł equus equũ. Et
ex illo ſoluit dictũ phi. vij. metha. qñ dicit omne ꝙ fit
a ſi̇̄i ſuo. in ſpecie fit. verũ ẽ de generatõe vniuoca ſ3 nõ
equiuoca Nõ animalia generata ex putredine non hñt
ſꝑ eũdẽ colorem ſpeciẽ vł figuram Rõ. quia iſta anima
lia dr̃nt ſpecie mõ quecũqꝫ dr̃nt ſpecie etiã dicunt differ
re figura et in colore naturali q2 iſta ꝯſequunt formam

Cauſa ãt diuerſitatcilloꝝ animaliũ eſt diuiſio ſeminis i
matrice. et illd ẽ verum: principalit in animalibus ꝑfe-
ctis Et ẽ notandũ ꝙ in mr̃ice mulieris plures ſunt cel-
lule. qñ tunc ſemen deciſum a pr̃e ſic colligit. ꝙ in vna
quaqꝫ cellula matriicis ſemen ſic recipitur tunc eſt mo-
dus generationis plurium fetuum et ille modus ge-
nerationis reſpectu animalium imꝑfectorum accipit ſi-
mile ita ꝙ̃ inẽ aliqd lõco matricis ⁊ aliquid loco ſemis
Et ideo talis humiditas diuidit ꝑ lõca eductionis fet9
in putrèfactis. Et ideo multiplicant talia animalia Et
cauſa ſimilitudinis talium animalium ẽ ſimilitudo hu
midi educti de corꝑe in partes homogenias Et diuerſi
tas ſpeciei talium animaliũ ſumitur ꝑ oppoſitum ſcilicꝫ
per humidum eductum in partes eutrogenias

¶Hic autoꝛ infert cauſam quare aliquando plures pueri naſcunt̃. vñ plures ſunt cauſe plurium fetuū ꝑticulariū Pꝛima eſt diuiſio ſeminis in cellulas et nō eſt ſufficiens qꝛ exꝑtum eſt ꝑ obſtitrices ꝙ ſemel vna dña peperit maſſam carneā ꝯtinentē ſeptuagita figuras hominū. mō certū eſt ꝙ non ſunt tot cellule m̄ricis Scđa cauſa eſt habundātia ſeminis ⁊ tunc diuidit̃ et ſpargit̃ et fiūt plures fetus Tertia cauſa ē quia qñ mulieres in coitu nimis mouent ſe et tunc circundiſpargit̃ ſemen et fiunt plures fetus.

Qꝛ autem quedam aĩalia generata ſunt longa et ſtricta ⁊ quedā bꝛeuia· hoc ē ex diuerſitate ꝯplexionis. quia ex colerico calido ⁊ ſicco generat̃ coꝛpꝰ longū ſtrictuꝫ et gracile eo ꝙ caloꝛ in eo multum extendit̃ Ex flegmatico frigido ⁊ humido generatur aĩl' bꝛeue ⁊ latum quia humoꝛ aqueus ē mltū dilatabilis ⁊ frigiditas nō mltuꝫ extendit ip̄m. Sꝫ ex ſanguineo calido ⁊ humido generatur aĩl' mediū inter longū et bꝛeue ꝓpter caliduꝫ ⁊ humidum tꝑatuꝫ· Sed ex melancolico generat̃ aĩl' ſtrictū et bꝛeue qꝛ frigiditas nō ꝑmittit ip̄m extendi ⁊ ſiccitas non ꝑmittit ip̄m dilatari. Ex colerico aūt accidentali ⁊ aduſto generat̃ aĩal longum et valde gracile qꝛ feruoꝛ caloꝛis eius multū extenditur et ſiccitas mediata atte-

matur. Et eſt nōtandum ꝙ coleric⁹ ē crocei coloris vt frequentius. Et ſanguine⁹ rubei coloris. Et flegmatic⁹ albi coloris. Et quoꝝ natura ꝑmixta fuerit hoꝝ ⁊ qualitas et color neceſſarius ꝑmixtus erit Sic ergo in hoc capitulo habem⁹ modū gñatiōis animaliū imꝑfectoꝝ et quō plures fetus ſil' fiunt. tā in ꝑfectis ꝙ̄ in imꝑfectis Et quare aliquod animal eſt longum et aliquod breue.

¶ Hic autor oſtendit cauſā quare quedā aīalia generata ſunt longa ⁊ breuia et ſatis patꝫ in textu Nō nullus homo ē qui ſit purus coleric⁹ vl' flegmatic⁹ et ſic de alijs Sed oēs mixti Sꝫ vnus hñ plus hꝫ de ſanguine ꝙ̄ alter qꝛ nullū ē animal in quo elementa equaliter dominant̄ vt ꝓbat Auer. i. celi quia ſi hoc eſſet verū vbicūꝗ poneretur ꝯmiſceretur ꝙ ē impoſſibile.

Nunc autem ad ſuperius dicta de generatiōe ⁊ formatione embrionis in vtero materno Sermonē nr̄m ꝯuertamus et de modo exitus dicam⁹. Et primo videnduꝫ eſt quō iſte tres potentie aīe. ſ. vegetatiua ſenſitiua ⁊ intellectiua veniunt ad materiā fetus ſiue quo ordīe Iuxta qꝺ notādū ꝙ illꝺ ē alteri⁹ negocij ꝙ̄ preſens materia requirit qꝛ reſpicit ſcientiā libri de animalibus tñ aliquantulum de ipo breuit̄ tangam⁹ aliquid

¶ Hoc eſt capitulum quartum et eſt de creatione fetus Et primo p̄mittit quedã neceſſaria Vñ dicit lr̃a q̊ or-dine. q2 inter iſtas potentias ē ordo pfectiōis ⁊ ↄmuni-tatis Et ideo di. ↄmenta. i. Metha. in derrorib⁹ q̄ pri mo reſpiciunt̄ ⁊ accipiunt̄ forme vniuerſales ⁊ poſtea minus vniuerſales vſqꝫ ad determinabiles g̊ ſemper eſt ordo ꝛc.

Sperma vero collectum in matrice mulieris augmen-tatur ſtatim qñ infuſum ē ei et qñ matrix ē bene clauſa Sed alimētũ a potentia vegetatiua q2 ſpermate deciſo a p̄re vl' a generante dimiſſa eſt iſta potentia vegetalis Et hoc p̄tz ſc̄do de aīa q2 potentie vegetatiue ſunt duo opera ſcꝫ generare et alimēto vti quia planta generat plantã. animal vero al' Unde videt̄ q̄ ab illa aīa fluat virtus generatiua. poſtea vero tp̄e ſubſequenti ſm exi gentiam nature ſuperadditur materie anima ſenſibilis et poſtea anima illius ſpeciei vel illius. Et ille virtutes ſcilicet vegetatiua et ſenſitiua ⁊ diſtinguuntur per opationes qui vltra drñt per obiecta et nō differunt ille due potentie ſcilicet vegetatiua et ſenſitiua ita q̄ ſint due potentie diſtincte. eſt enim vna

et eadem eſſentia q̄uis non eodem modo. Et hoc dicit
phs xvi· de animalibus· embrio. primo viuit vita plan
te, ſcdo vita animalis. tertio vita huius ſpeciei vl̓ hui⁹.
Etiam addit in homine virtus intellectiua que non ge-
nerat a materia ſed a celo et eſt de foris infuſa. vn̄ eſt fi
nis et pfectio omnium formaꝝ exiſtentiū inferius Jd
ꝯſueuit apd medicos dici ꝙ p̄ma vita ē latens ⁊ occul
ta. media apparens et manifeſta Ultima vero excellēs
et gl'oſa. a prima ē ſenſus naturalis. a ſcda ſenſus ani-
malis a quo ſenſus viſus audit⁹ ⁊c. a tertio vero ē ſen-
ſus ſpiritualis a quo interp̄tatio diſcretio perſcrutatio
Et ſic de aliȷ̄s.

¶ Hic autor on̄dit intentum ſuum oſtendēdo quō iſte
tres potentie veniūt ad materiā. Nota ſpūs et ſemē vi
ri eſt ꝗamō vitalis qz viuit vita hoīs Et qn̄ iſtud recipit
in m̄ricē viuā ⁊ calidā tunc opat in ſemine mulieris Et
virtus generatiua p̄mo generat pelliculā fecundinā cui
ſemen inuoluit et ſic continue ſe mouet ad ſemen muli
eris· et penetrat in materiam longam lataz ⁊ ꝓfundaz
Et incipit ibi virtus formatiua generare ſpūs pulſan-
tes ⁊ pulſatiles et in eo ꝙ generat illos ſpūs pulſantes
facit materiā viuaz ⁊ format venas ⁊ neruos in quib⁹
currūt illi ſpūs vn̄ ſpūs et vene pulſatiles vel ſaltē pro
porcionabiles eius inueniuntur in arborib⁹ ⁊ in plantis

et tunc materia ſic viuente vita ſpirituum qui vegetant
illam materiaz tūc aīa ſenſitiua recipit in illa materia
Et tunc in hoīe materia ſtante ſub anima cogitatiua q̄
eſt vltima forma materialis p̲ virtutē dei et celi. intelle-
ctus infundit ⁊ introducit. vñ loquēdo tā phice q̄ theo
logice intellectus nō educit de potētia materie qꝛ intel-
lectus nō eſt corpus nec virtus in corpe p̲ ꝯmentatorez
iii. de anima. ꝯmēto. v. et. iiii. Sz theologice loquendo
tunc anima ē forma ſubſtātialis corporis humani dās
ſibi eſſe ſubſtātiale. Sz auerrois ponit q̄ intellectꝰ copu
lāt nobis ſolū a generatōe ⁊ p̲ copulatōz fantaſmaticaz
ſicut nauta naui p̲ nauigatōz. et ponit q̄ ſit vna in ho
minibus omībꝰ. Et ille articulꝰ ē ab eccleſia ꝯdemnatꝰ
q̄ eñ hoc credūt ſaluari nō poſſunt. Et p̲ hoc tenent po
tentiſſime ariſtotilē eſſe ꝯdemnatū qꝛ in illa opiniōe vi
detur mortuꝰ fuiſſe ita q̄ ad minus dubitauit ſic q̄ nō
firme credidit quēlibet hoīem hr̄e diſtinctū intellectuz a
deo creatum ſicut videt in. iii. ⁊ ii. de anima Nō illa for
ma dī educi de materia q̄ extendit extenſiōe materie ita
q̄ tota eſt in toto ⁊ ps in parte extenſiue vt aīa ſenſitiua
in corpe pedali pedalis et in ſemipedali et ſemipedalis
licz ſit tota in toto virtualit. Nō autor videt poni illud
q̄ potentia vegetatiua ſit p̲ aliquo tpe in materia pro
quo nō eſt ſenſitiua illud ē verum manifeſte. ita q̄ priꝰ
manifeſtantur opa huius potētie qꝛ prius apparet fetuz
nutriri ⁊ augmētari anteq̄ ſentiat et maneat

Tempus vero egreſſus ab vtero materno vt frequen-

tius ē in. ix. menſe quibuſdā tñ in. viii. quibuſdaz in. x.

et quibuſdā in. xi. et nō vltra. quedā vͦo mulieres ſolent

parere in ſcdo mēnſe et abortiue.i.naturam hoīs non

ꝓducunt ſed aliq̄ materiā carne am vl' lacteam Illud

aūt accidit eis ꝓpter plura vtz quia materia menſtruo

rū corrupta ē vl' ꝑ nimiū motum ꝑ quē rumpit' matrix

vl' ꝓpter alia mala Et ideo meretrices ⁊ docte mulieres

vel helene in hac arte qñ ſenciunt ſe impregnatas mo-

uent ſe de loco ad locū de villa ad villam.et ducūt core-

as ⁊ multa alia mala.et vt frequēti⁹ mltū coeunt.⁊ lu-

ctantur cū viris q̄ ꝑ motum liberent' a cōceptōe.et cu-

piunt coitum vt ꝑ delectationē obliuiſcant' dolorem qui

generat' ex deſtructione fetus
¶ Hic autor exequitur intentū ſuum de egreſſu fetus.
Nō om̄is fetus qui egredit' in nono menſe vt ſepius vi
uit ille fetus ē bñ maturus ⁊ ſatis fortis q2 non⁹ men-
ſis corrñdet ioui Jupiter āt ē beniuolus planeta ſcilicz
calidus ⁊ humid⁹ ideo ē miniſtrator et nuncius vite.vita
aūt ɔſiſtit in calido ⁊ humido Itm̄ au.dicit qñq3 in vn
decimo mēſe fit egreſſus ⁊ illō nō ē verum.ſz mulieres
decipiunt' in ɔputatōe q2 qñq3 ɔcipiunt vnaz maſſam ſe
minis et poſt aliā quindenā impregnant' et tunc putant
ſe ɔcepiſſe prius.vñ illa maſſa prius concepta eicitur et
emittit' tpe vere ɔceptiōis Nō qñ puer primo egreditur
tūc ponit digitū ad os ex ſue nature exigentia Rō quia
puer exit de mrīce tanq̄ de balneo calido et tunc veniēs
ad aerem ſentit frigus.ideo ponit digituz ad os calidū

Item quando naſcitur tunc ſonat q2 patitur ab aere frigido Et ſi facit clamorem in ventre ſignum eſt ꝙ nō exit viuus q2 aliunde nō faceret clamorē niſi a quadā leſione:

Eſt aūt notandū ꝙ iuuenes mlieres ex timore ⁊ ex ictu tonitruſ ſepe diſponunť in cruris ꝙ fetus vita hñs moritur·et ſi vitam non habuerit poſſibile eſſetꝙ ſemē motu naturali a forma hoīs deſtitueretť Cauſa aūt huius ꝑmo accidit ex parte timoris a quo totū corpꝰ immutatur et diſponiť ad egritudinē et ꝑ eius aduentum fetus leditur et extinguitur. Scđo ex ꝑte fulminis qđ penetrat vſq3 ad interiora ⁊ eam deſtruit ⁊ ꝯbuſtionem facit et tñ nullum ſignū aduſtionis extra apparet ꝓpter vaporis illius ſubtilitatē Et ē etiam vapor ille fortiſſimꝰ qui etia3 qñq3 interficit hoīem eo ꝙ penetrat ad mēbra vitalia interiora. ⁊ ꝓpter ſubtilitatē nō apparet aduſtio eo ꝙ magis ledit ictu ꝙ̄ calore Et tūcvt frequentius ſm diſpoſitionem naturalem interiorem vbi fetus inueniť diſpoſitus. et tunc ꝯſumit totum humidum radicale ⁊

complexionale fetus et tunc fetus extinguitur Et eſt ſci
endum ꝙ illa non ſunt ficta qꝛ ſicut recitat albertus. de
ꝺgatione ꝛ effectu fulminis ꝙ in ictu tonitrui qñꝫ vide
tur ꝯburi calci⁹ pede illeſo et ecōuerſo· et qñꝫ pili iuxta
loca libidinis mēbris illeſis· et ꝙ ictus fulminis ꝑtingit
ad interiora ꝑ hunc modū quē dixi. fides hui⁹ eſt qꝛ ve
nenoſus ſerpēs ꝑcuſſus a fulmine ꝑ paucos dies v̄mi-
culat et putreſcit ꝛ ē ſerpēs a quo tollit venenū ꝑ hmōi
impreſſionē Jtm̄ ſignū fidei eſt. doleū ꝑcuſſum cui⁹ vi
num ſtetit ꝑ aliqđ tp̄s non exeundo. de hijs āt ſuꝑfluuꝫ
eſt hic determinare

Hic autor ponit quedā notabilia. Et nota ꝙ tonitruuꝫ
qñꝫ ex calore ſolis fit ſcꝫ qñ exalatōes calide recipiunt
inter nubes. et ibi ꝑ frigus nubiū exagitant tūc ſcindūt
nubem ꝛ ex tali forti motu fit incenſio illaꝝ exalationū
et ꝑ ꝯñs coruſcatio iō illi peccāt qui dicūt ꝙ fiat in ter-
cia regione aeris qꝛ fit infra nubes. et duo ſunt motus
tonitrui ſcꝫ ictus et fulmē. mō ictus ille qñꝫ ſcindit ar
bores ꝛ ille ē ſonus ꝛ ille nō ſcindit ſed ictus. Sed ful-
men nō qꝛ ē valde ſubtile qꝛ generat ex exalatōe ſubtili
et calido ꝛ illud fulmē ſepe ꝯburit calceū pede illeſo Rō
qꝛ qñꝫ fulmen ita cito recedit ꝙ pedē nō tangit ꝛ qñꝫ
ꝯburit pedē calceo manēte illeſo Rō qꝛ calce⁹ ē ſubſtā-
tia poroſa ſicut omnis pellis iō fulmen tñſit ꝑ omnes

calcei et inuenit pedem reſiſtentem ideo illum cōburit ·

¶Sed de hijs que dicta ſunt intendo quedā dubia mo
uere quorū ſolutōes ⁊ determinatōes vobis ꝯmitto Pri
mū eſt vtrū poſſibile ſit in illo tp̄e qn̄ vir ē in coitu ſi ef
fectus fulminis ꝑ omnē motū fuerit ſemē receptū hora
electiōis poſſʒ recipe aliq̄ nouā impreſſiōʒ ꝑ quā diſpo
natur ad aliqđ aliđ q̄ ſua natura ꝑticularis intendat·

¶Hic au· mouet quedā dubia ⁊ primū dubiuʒ ſoluitur
ſicut dī q fulmē in hora electiōis ſeminis p̄t impedire
ſemē a forma q̄ agens ꝑticulare intendit qꝛ poſſibile ē
q fulmē faciat materiā venenoſam ⁊ ſic facit ipam in-
eptam ad generatōʒ hoīs· ita q ex illa materia generā-
tur bufones ⁊ alij vermes ⁊ ſic ptʒ ſolutio p̄mi dubij



Scđm dubiū vtrū in hora electiōis a planetis poſſʒ ꝓ
hiberi ab ipo fulmie et tetigiſſe materiā ſeminis ex par
te patris et matris

¶Hic mouet tertiuʒ dubium et p̄t ſic ſolui q virtutes
planetaꝝ pn̄t impediri a fulmine iō qꝛ planete quidaʒ
influunt vitam et eſſe tale hoc fulmē deſtruit Ulterius
dubitat̄ quare hoc pocius fit in p̄ncipio electōis ſemis
q̄ tp̄e ꝯſequēti Dicendū q tp̄e electiōis tūc ſemeʒ ē ad
huc tenue et cito p̄t impediri· ſcđo dubitatur quia dictū
ē q ſuꝑiora nō pn̄t impediri qꝛ ſp agūt naturalit̄ Dr q
bn̄ pn̄t impediri in illis q̄ ſequunt̄ oꝑa prima illorum

Tertium dubiū vtrū ꝑ ictū fulminis tangente materiā

